

¶ Indulta fratribus mendicantibus concessa  
prout Occidentales concernunt Indianas par-  
tes, magis & rectius debent dici priuilegia  
Regum Hispaniarum, quam priuilegia fra-  
trum mendicantium, quia cum Reges Hi spa-  
niarum teneatur prouidere de doctrina Chri-  
stiana his Indis, & ut hoc melius fiat, visum  
est Summis Pontificibus bonum, nonnulla con-  
cedere præuilegia, per quoram usum Reges  
Hispaniarum melius suæ satisfacerent obliga-  
tioni, ideo potius dicuntur eorum priuilegia,  
ad exonerandam melius eorum conscientiam  
concessa, quam priuilegia mendicantium, q  
nullam talem habent obligationem, qualem  
habent Reges Hispaniarum, & si communiter  
dicuntur priuilegia fratrum mendicantium,  
ideo sic nominantur quia per eos dispensan-  
tur. Ex hoc tria infero. Primo q qui impe-  
diunt fratres, ne ipsis utantur indultis in par-  
tibus subiectis Regi Hispaniarum, offendant  
Regem, & spernunt. 2. q. tenetur Vicerex  
harum orarum defendere ipsa priuilegia.  
Neq; obstat, si aliqui fratres eis forte abutun-  
tur, quia per hoc Rex Hispaniarum non debet  
priuari beneficio Papæ, sibi per hæc priuile-  
gia concessio. 3. infero, q etiam si in foro cons-  
cien